

DOXOLOGÆ.

Dicende in fine hymnorum ejusdem metri pro diversitate temporum, quando non assignatur propria.

Tempore Expectationis.

JESU per Annæ Filiam
Venture, sis communiter
Tibi, Patri, almo Flamini
Interminata gloria. Amen.

Tempore Infantie.

Sit Trinitati gloria
Nobis dedit nam Virginem,
Salvos potest quæ reddere
Suos amantes famulos. Amen.

Temp. Præg. seu in Ad.

Sit laus Patri, laus Filio,
Sit par tibi laus, Spiritus,
Quo dante Virgo concepit,
Manetque semper integra. Amen.

Tempore Puerperæ.

JESU, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Tempore Vitæ contemplativæ.

Summo Parenti cœlitum,
Magnæque proli Virginis,
Sancto simul Paraclitio
Sit summa laus et gloria. Amen.

Tempore Passionis.

Sit honor, laus, devotio
JESU MARIE Filio
Tenso crucis patibulo
Pro redimento populo. Amen.

Tempore paschali.

JESU, tibi sit gloria,
Surgendo qui de mortuis

Apparuiti Virgini
Matri tuæ, per sæcula. Amen.

Tempore Vitæ activæ.

Summo Parenti cœlitum,
Magnæque proli Virginis,
Sancto simul Paraclitio
Sit summa laus et gloria. Amen.

Tempore Vitæ gloriosæ.

Te nunc, Redemptor, quæ-
sumus

Ul Virginis consortio

Jungas precantes servulos

In sempiterna sæcula. Amen.

CONCLUSIONES ORATIONUM

pro eorum diversitate.

1. *Si oratio dirigatur ad Patrem dicatur:*

Per Dominum nostrum JESUM-
Christum Filium tuum, qui tecum
vivit et regnat in unitate Spiritus
Sancti Deus per omnia sæcula sæ-
culorum. Amen.

2. *Si dirigatur ad Filium, dica-
tur:*

Qui vivis et regnas cum Deo Pa-
tre in unitate Spiritus Sancti Deus
per omnia sæcula sæculorum.

3. *Si in principio orationis fiat
mentio Filii, dicatur:*

Per eundem Dominum nostrum
&c. ut supra.

4. *Si in fine orationis, dicatur:*
Qui tecum vivit et regnat in uni-
tate Spiritus Sancti &c.

5. *Si fiat mentio Spiritus Sancti,
dicatur:*

In unitate ejusdem Spiritus Sanc-
ti &c.

PROPRIUM DE TEMPORE.

I.
EXPECTATIO

B. MARIE V.

*Quæ à Kalendis Septembris usque
ad ejus Nativitatem recolitur.*

REPONSORIA

*dicenda tam in Dominicis, quam
in officio feriali aut simplici toto
hoc tempore:*

*In I. Noct. Dominicæ, et in fe-
riis II. et V.*

¶ 1. Ab æterno Deus te præor-
dinavit Matrem unigeniti Verbi,
Teque sibi pulcherrimam prædesti-
navit sponam. ¶ Elegit te Deus
ex omni carne.—Teque. *Repetitur
usque ad 7. et sic in aliis. 777.*

*In officio trium Lectionum omi-
tatur sequens 7. et ejus loco ponit-
ur 7. 3. ut infra.*

¶ 2. Ego ex ore Altissimi pro-
divi primogenita ante omnem crea-
turam: *Antequàm quidquam fa-
ceret à principio. ¶ Nondum erant
abyssi, needum fontes aquarum
eruperant.—Antequàm.

¶ 3. Elegit eam Deus, et præe-
legit eam: *Elegit eam in habita-
tionem sibi. ¶ Quam Deus ante
sæcula in gloriam nostri generis
destinabit.—Elegit.—Gloria.—Elegit.
*In offic. 2. Class. 7. Elegit.
In II. Noct. Dom. et in fer. III. et VI.*

¶ 4. Matrem suam Deus elegit
ex omni carne, * Qui naturus de
Virgine universum orbem salvare
debebat. ¶ Elegit eam Deus, et

prælegit eam.—Qui.

*In officio simplice, trium lect. omit-
tatur sequens 7. et ejus loco ponitur
7. 6. ut infra.*

¶ 4. Ab æterno ordinata sum,
et ex antiquis antequàm terra
fieret. * Dominus possedit me in
initio viarum suarum. ¶ Adhuc
terram non fecerat, et flumina, et
cardines orbis terræ. Dominus.

¶ 6. Erexit Deus cornu salutis
nobis in domo David pueri sui,
* Sicut locutus est per os sanctorum,
qui à sæculo sunt, Prophetarum
ejus. ¶ Omnes Prophete annuntia-
verunt dies istos.—Sicut.—Gloria.
—Sicut. *In offic. 2. Class. repe-
titur. 7. Erexit.*

*In III. Noct. Dom. et in Fer.
IV. et Sabb.*

¶ Præusquàm nascerer, Deo
præsens aderam, * Antequàm fie-
rem, benè illi cognita fueram. ¶
Elegit me ante mundi constitutio-
nem, ut essem sancta, et immacu-
lata.—Anteq.

*In officio simpl. trium lection.
omititur sequens 7. et ejus loco ponit-
ur 7. 9. ut infra.*

¶ 8. Juravit Dominus David
veritatem ei non frustrabitur eam: *
De fructu ventris tui ponam super
sedem tuam. ¶ Jusjurandum, quod
juravit ad Abraham Patrem nos-
trum.—De.

¶ 9. Ecce venit Expectatio om-
nium gentium: * Festinate et ocur-
rite illi, dicentes: ave gratiæ ple-
na, Dominus tecum: benedicta tu
in mulieribus,

Tempore Expectationis.
 7. Nunc abscondita est, quam predestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, sed veniens veniet, et non tardabit.—Festinate.—Gloria.—Festinate. *In officio.*
 2. *Classis.* Ecce veniet.

LECTIONES DE

SCRIPTURA.

Hoc Expectationis tempore, quando lectiones de Scriptura non assignantur proprie, in proprio festivitatum, dicuntur ut in Dominica in Expectatione: Dominus possedit me, quae inferius ponuntur. Idem dicitur, si fiat officium de feris cum 88 feris occurrentis, ut superius posita sunt.

DOMINICA

IN EXPECTATIONE.

PREDESTINATIO B. M. V.

AB AETerno.

Duplex 2. Classis

Omnia non propria dicuntur ut in die Expectationis B. M. V. prima Septem. ut in proprio Festivat. Festum si aliquod in hac die incidat, transferatur ad primam diem non impediatam.

IN I. VESPER.

Antiphona ut in 1. vesper. Expect. Psalmi ut in Solemnit.

CAPITULUM. Prov. 8. 22.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. 7. Deo gratias.

HYMNUS. 34. Guarini.

Antequam terrae et latices coirent.
 Equari leges fierent, et ante
 Quam deerrarent vitrei ciliatis
 Cursibus amnes;

Divi tu Patris generata corde,
 Omnibus ludens aderas: scatebant

Tempore Expectationis.

Gurgites tecum: revoluta tecum Unda fuebatur.

Sit decus summo sine fine Christo; Sancta quem Virgo genuit MARIA, Qui Patri compar, Spiritui Sancto Regnat in aevum. Amen.

Ad Magnif. dicitur ant. O. diei occurrentis, ut habetur in proprio festiv. diebus ante Nativitatem B. M. V.

Oratio ut infra ad laudes.

Completorium de Dominica.

AD MATUT.

Invitorium. Laudemus Deum nostrum * In Praedestinatione Beatissimae Virginis MARIE.

HYMNUS 33.

Guarini.
 Sicitur tellus: ades, imminentes
 Colligunt nubes pluvias: adesque
 Cum vices anni redeunt, et astra
 Tempora ducunt.

Mille tu decus choreas: et altos
 Pectori Mater stimulas amores:
 Ante mater, quam vitio parentum
 Serpere cunctos

Visa sit labes. Steterat Tonanti,
 Fulmine abjecto, genus indè nostrum

Ferre: non ulla licet ingravent
 Crimina terras.

Sit decus summo sine fine Christo,
 Sancta quem Virgo genuit MARIA,
 Qui Patri compar, Spiritui Sancto
 Regnat in aevum. Amen.

IN I. NOCT.

Antiph. ut in die Exp. Psalm. de Dominica.

De libro Sapientiae.

Leet. 1. Prov. c. 8. v. 22.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole consisterant: ante colles ego parturiebar.

Dom. in Expect.

Tu autem. Domina nostra, intercede pro nobis. 7. Ab aeterno. p. 59.

LECT. 2. Eccles. 24. v. 5.

Ego ex ore Altissimi provivi, primogenita ante omnem creaturam: ego feci in caelis, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram: ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. Gyrum caeli circui soli, et profundum abyssi penetravi, in fluctibus maris ambulavi, et in omni terra steti: et in omni populo, et in omni gente primatum habui. Tu. 7. Ego ex ore. p. 39.

LECT. 3.

v. 14.

Ab initio, et ante secula creata sum, et usque ad futurum seculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea, Et radica vi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum delentio mea. Tu. 7. Elegit eam. p. 39.

IN II. NOCT.

Sermo venerabilis Thomae à Kempis Presbyteri.

Sermo 25. ad Novitios.

LECT. 4.

Recogitate ergò diligenter antiqua sanctorum patriarcharum gesta, de quorum stirpe orta est Mater Dei MARIA, tanquam rosa inter spinas sine spina. Sicut enim olium per multos sanctos viros Patriarchas et Prophetas, per iudices et reges, per sacerdotes et levitas, per doctores et scribas, verbis, signis, et figuris prænuntiatus est Christus Dei Filius ex Virgine pro mundi redemptione nasciturus, et in cruce passurus: ita convenienter salis, et sapienter ordinatione divina, praefigurata, et praekonizata est beatissima ac devo-

tissima Virgo MARIA, per sacras illius temporis virgines, per illustres feminas, per castas viduas, per devotas prophetisas, et per ceteras honestas matronas in castitate viventes, aique ob pudicitiae custodiam cum puellis suis, in domibus et cameris ab aspectibus virorum inclusas. Tu. 7. Matrem. p. 50.

LECT. 5.

Verè inculta proles, ex insigni patriarcharum prosapia nobiliter procreata, ex sacerdotali genere generose producta, ex pontificali dignitate dignissime derivata, ex prophetalis choro verissime prænuntiata, ex regali stirpe illustrissime edita, ex Davidica linea rectissime originata, ex nobilissima tribu Juda clarissime prolata, ex Israelitica plebe felicissime progenita, ex electo populo Dei singularièr praeelecta ex sanctis et religiosis ac Deo placitis parentibus, divina praedestinatione in lucem mundi serenissime exorta. Tu. 7. Ab aeterno. p. 59.

LECT. 6.

O felix et illibata Virgo MARIA, omni laude et honore dignissima, omni amore et reverentià ab omnibus amplexanda! O splendida Virginum gemma! Tu ab initio, et ante secula à Deo est predestinata, Redemptorem mundi praefinito tempore paritura, à patriarchis desiderata, et prophetis prænuntiata: à multis regibus, et iustis adoptata, à devotissimo populo in Israel diu expectata, et tandem à Deo miserante agrotanti mundo visibiliter demonstrata. O sacra et illustrissima Virgo MARIA, quam praclarum, et laudandum est nomen tuum in universa terra! Tu. 7. Eleixit Deus. p. 59.

IN III. NOCT.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECT. 7. c. 1. v. 1.

Liber generationis JESU-Christi, Filii David, filii Abraham. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Damasцени.

De ortodoxâ fide libr. 4. c. 14.

Beata Virgo MARIA, quæ ante omne ævum præscientiæ Dei consilio prædestinata erat, variisque Prophetarum imaginibus, et sermonibus adumbrata, et præannuntiata, præfinito tandem tempore ex radice Davidis, juxta ac illi promissum erat, orta est. Diciturque quippè est: Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Tu. g. Priusquam nascerer. p. 59.

Bened. Cujus Prædestinationem.

LECT. 8.

Cælorum quod JOSEPH ex davidicâ tribu originem duxerit, sacratissimi Evangelistæ Matthæus et Lucas liquidò demonstrarunt. Verùm Matthæus ex Davide per Salomonem JOSEPHUM deducit: Lucas autem per Nathan. At vero sanctæ Virginis genus uterque siluit. Quo circa sciendum est, nec apud Hæbreos, nec in Scripturâ Sacrà hunc morem fuisse, ut mulierum genus recensetur. Tu. g. Ecce.

LECTIO 9.

Atqui hoc lege cantum est, ne tribus una ex alienâ tribu conjuges accerseret: ac proinde JOSEPH, qui ex stirpe Davidicâ oriundus, justus que erat (hanc enim ei laudem tribuit divinum Evangelium) Sanctam Virginem præter legis præscriptum haudquaquam despondisset, nisi ex eodem sceptro, aut tribu traxisset genus: undè satis habuit Evangelista JOSEPH genus demonstrare. Tu. Te Matrem. p. 5.

AD LAUDES.

Antiphona ut in primâ die Septemb.

CAPITULUM. Prov. 8. v. 22.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. g. Deo gratias.

HYMNUS 36. Guarini.

Una de multis mihi grata: dixit Totius latè Fabricator orbis.

Una: quæ jam nunc mihi mater esto, Currite soles.

Currite, ò quantum properare terris

Laudis ex illâ video: parentum Nesciet culpam: referetque ferrea Sæcula in aurum.

Illa venturas mihi præter omnes Complacet Virgo: simul una præstat Omnibus, quantum præit inter ignes Luna minores.

Sit decus summo sine fine Christo, Sancta quem Virgo genuit MARIA, Qui Patri compar, Spiritui Sancto Regnat in ævum. Amen.

Ad Benedict. ant. Ab æterno me Deus prædestinavit, Matrem Verbi æterni, et ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Oremus. Oratione.

Omnipotens sempiterne Deus, qui beatissimam Virginem MARIAM ab æterno in Matrem Unigeniti Filii tui præelegisti: concede propitius, ut qui ejus Prædestinationem devotè recolimus ad beatitudinem prædestinemur æternam. Per eundem.

Ad Prim. Capit. de Laud. f. g. brev. Quæ ab æterno prædestinata fuisti.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.

Constit. Ineffabilis. Die 8. Dec. 1854.

1. Ineffabilis Deus,.... ab initio et ante sæcula unigenito Filio suo Matrem, ex quâ caro factus in

beatâ temporum plenitudine nasceretur, elegit atque ordinavit tanquam præ creaturis universis est prosequutus amore, ut in illâ undè sibi propensissimâ voluntate complacuerit. Tu autem, Domina nostra, intercede pro nobis. g. Deo grat.

IN II. VESP.

Antiph. ut in II. Vesp. diei Expect. Psalmi de II. Vesp. Solemn. Capit. de Laudib.

HYMNUS 37.

Salve mundi Domina, Cælorum Regina: Salve Virgo Virginum, Stella matutina.

Ab æterno Deus

Te prædestinavit Matrem Unigeniti Verbi, quo creavit Terram, pontum, ætera: Te pulchram ornavit Sibi Sponsam, in quâ Adam non peccavit.

Sit laus summa Patri, Summo Christo decus, Spiritui Sancto

Tribus honor unus. Amen. Ad Magn. dicitur ant. O. diei

occurrentis. Orat. de Laudib.

CANONES

In Feriis Temp. Expectationis, et in Festis quæ proprios non habuerint, recitandi ad Primam.

1. Scripturæ de Virgine præloquantur.

FERIA II.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1854.

2. Ipsissima verba, quibus divinæ Scripturæ de increatâ Sapientiâ loquuntur, ejusque sempiternas origines representant, consuevit (Ecclesia) tum in Ecclesiasticis officium in Sacrosanctâ Liturgiâ adhibere, et ad illius Virginis primordia transferre, quæ uno eodemque de-

creto cum divinæ Sapientiæ Incarnatione fuerint præstituta. Tu.

FERIA III.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1854. 3. «Sancti Ecclesie Patres,» Prophetarum adhibentes eloquia, non aliter ipsam augustam Virginem concelebrarunt, ac uti columbam mundam, et sanctam Jerusalem, et excelsum Dei thronum, et arcam sanctificationis et domum quam sibi æterna ædificavit Sapiëntia, et Reginam illam quæ deliciis affluens et inixa super dilectum suum ex ore Altissimi prodivit omnino perfecta, speciosa ac penitus cara Deo, et nullo unquam labis nævo maculata. Tu.

FERIA IV.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1854. Nunquam cessarunt «Ecclesia Patres» Deiparam appellare vel lilium inter spinas, vel terram omninò intactam, virgineam, illibatam, immaculatam, semper benedictam, et ab omni peccati contagione liberam, ex quâ formatus est Adam. Tu.

FERIA V.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1854. Dixerunt «Sancti Ecclesie Patres» hanc Divam Virginem vel irreprehensibilem, lucidissimam, amenissimumque innocentiam, immortalitatis, ac deliciarum paradisi à Deo ipso constitum, et ab omnibus venenosi serpentis insidiosis defensum, vel lignum immarcescibile, quod peccati vermis nunquam corruerit, vel fontem semper illi-mum, et Spiritus Sancti virtute signatum. Tu.

FERIA VI.

Ex Pio Papâ Nono.

Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1854.

6. «Deiparam appellarunt Sancti Patres» vel divinissimum templum, vel immortalitatis thesaurum, vel unam et solam non mortis sed vite filiam, non iræ sed gratiæ germen, quod semper virgens ex corrupto inflecta radice singulari Dei providentiã præter stas communesque leges effloruerit. Tu.

SABBATO

Ex Div. Bernardo Abbate. *Serm. 3. super Salve Regina.*
7 De hac «Sanctissima Deipara» et ob hanc et propter hanc omnis scriptura facta est, propter hanc totus mundus factus est, et hæc gratia Dei plena est, et per hanc homo redemptus est, Verbum Dei carofactum est, Deus humilis et homo sublimis. Tu.

II.

INFANTIA

B. MARLE V.

seu ab ejus Nativitate usque ad ejus Prægnationem, vel usque ad Adventum.

CANONES

In diebus infra Octavam Nativitatis que proprios non habuerint recitandi.

FERIA II.

Ex Alexandro Papâ Tertio. *Ep. 32 ad soldanum Iconii.* Concl. tom. 27 p. 283.

8. Quod Moysi ignis in rubo apparuit, et non est rubus corruptus igne, virginitalis integritas in MARIA monstratur. Tu.

FERIA III.

Ex Alexandro Papâ Tertio. *Et 32. ut supra.*

9. Quod virgins aliarum tribum remanentibus siccis, virga Aaron de cujus stirpe Beatissima traxit originem, frondit et floruit; flos in virgâ Jesse, quem vaticinavit

Isaias, partum scilicet in corruptæ Virginis indicavit. Tu.

FERIA IV.

Ex Alexandro Papâ Tertio. *Ep. 32. ut supra.*

10. Quod vellus Gedeonis, rore cæli completum est, cum area circumquaque arida remaneret, ros Spiritus Sancti dëssignatur in Virgine, quæ ad hoc propter humilitatem suam specialitèr et singularitèr est à Domino prælecta. Tu.

FERIA V.

Ex Divo Bernardo Abbate. *Hom. 2 super misis.*

11. In Isaiæ testimonio florem Filium, virgam intellige Matrem; quoniam et virga floruit absque germine, et virgo concepit non ex homine. Nec Virgæ virorem floris læsit emissio: nec Virginis pudorem sacri partus editio. Tu.

FERIA VI.

Ex Bonifacio Papâ Nono. *Cons. 1. Super. benignit.*—1389. *Bull. Rom. Tom. 3. p. 2 p. 378.*

12. De clarâ stirpe regiã Davidicâ prælegit. «Deus» Virginem, in cujus utero mystico spiramine Verbum ipsum carnem susciperet. perfectam Regnam... quæ tanto Regi digna fuit sui corporis thalamum preparare. Tu.

SABBATO.

Ex Divo Bernardo Abbate. *Super Miss. Homil. 2.*
13. Quod Moysi monstratum est in rubo et igne, Gedeoni in virgâ et flore, Gedeoni in vellere et rore, hoc apertè Salomon prævidit in forti muliere et ejus pretio, apertius Jeremias præcivit de fominâ et viro, apertissimè Isaias declaravit de Virgine et Deo, Gabriel tandem exhibuit ipsam salutando. Tu.

RESPONSORIA

dicenda post Lectiones, quæ tempore Infantie propria non habuerint tam in officio Dominicæ, quàm in feriâ. In I. Noct. Domin. et in II. et V. feriis Infantie.

1. O puella gratiã aquanda nullis, * Mater et Virgo supra omnes Virgines, et maxima. 2. Quæ sola vineis colitum omnes ordines. —Mater et Virgo, repetitur usque ad 2. et sic in aliis 2.

2. 2. Una est columba mea, perfecta mea: * una est matri suæ, electa genitrici suæ. 2. Viderunt eam Filie Sion, et beatissimam prædicaverunt. —Una.

3. Revertere, revertere, Sulamitis: * Revertere, revertere, ut intueamur te. 2. Quàm pulchra es, amica mea, quàm pulchra es. —Revertere. —Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. —Revertere.

In II. Noctur. Dom. et in III. et VI. Feriis.

4. Diffusa est gratia in labiis tuis, * Propterea benedixit te Deus in æternum. 2. Mirra, et gutta, et casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo. —Propterea.

5. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa * Dedi suavitatem odoris. 2. Et sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans. Dedi.

6. Specie tuâ et pulchritudine tuâ. * Intende, prosperè procede et regna. 2. Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam. —Intende. —Gloria. —Intende.

In III. Noct. Domin. et in Feriis IV. et Sabbat.

7. Dilixisti justitiam, et odisti iniquitatem; * Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

8. Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Propterea.

8. (Hoc 2. omittitur in Dom. et in oct. Lect. dicitur ejus loco 2. 9. ut infra.) Filie tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur * Omnes divites plebis.

9. Memores erunt nominis tui in omni generatione, et generationem. —Omnes.

9. Omnis gloria ejus filie regis ab intus, * In fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

9. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. —In. —Gloria. —In.

LECTIONES

DE

SCRIPTURA.

Pro feriis temporis Infantie, et pro I. Noct. Festivitatum, que proprias non habuerint à die 1. Septembris usque ad adventum.

PRO FERIS II. INFANTIE.

De libro Proverbiorum.

LECTIO 1. c. 1. v. 1.

Parabolæ Salomonis, Filii David, regis Israel. Ad sciendam sapientiam, et disciplinam: ad intelligendam verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiam et judicium, et æquitatem: ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia et intellectus. Audiens sapiens prudentior erit, et intelligens, gubernacula possidebit. Animadvertet parabolam et interpretationem, verba sapientum, et æigmata eorum. Tu autem, Domina nostra, intercede pro nobis. Sic semper concluduntur lectiones, et respondetur. 2. Deo gratias. 2. O puella. p. 65.

LECTIO 2.

Timor Domini, principium sapien-